

Salzburger Urkundenbuch (Ed. Hauthaler); Breves Notitiae Anhang, Nummer 3

Tempore Tassiloni ducis Ōgo actor ipsius ducis et filius eius Ulit tradiderunt deo et sancto Petro cum consensu praefati ducis ad monasterium, quod dicitur Salzpurg, pro redemptione animarum suarum possessionem, proprię hereditatis in loco, qui dicitur Steindorf, absque ulla separatione, culta et inculta ad eandem hereditatem pertinentia. Actum et confirmatum est coram Uirgilio episcopo atque abbate et cunctis monachis indic(tione) IIII, II. kal. feb(ruarii), adsistentibus testibus, quorum nomina hec sunt: Starcholf, Ascrih, Mechinpreht, Fridapolt.